



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum vita actiua maneat post hanc vitam? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

nis. Et quantum ad hoc obiectum, quandoque doctrina pertinet ad vitam actiuam, quandoque ad contemplatiuam. Ad actiuam quidem, quando homo interiorius concipit aliquam veritatem, ut per eam in exteriori actione dirigatur. Ad contemplatiuam autem, quando homo interiorius concipit aliquam veritatem intelligibilem, in cuius consideratione & amore delectatur. Unde August. dicit in lib. de Verbo Domini, Biligant sibi partem meliorem, scilicet vite contemplatiue, vacent verbo, inhient doctrinae dulcedini, Vbi manifeste cupentur circa scientiam salutarem. Vbi manifeste dicit, doctrinam ad vitam contemplatiuam pertinere. Aliud verò obiectum doctrinae est ex parte sermonis audibilis. Et sic obiectum doctrinae est ipse audiens. Et quantum ad hoc obiectum, omnis doctrina pertinet ad vitam actiuam, ad quam pertinent exteriores actiones.

Ad primum ergo dicendum, quod auctoritas illa expresse loquitur de doctrina quantum ad materiam, prout versatur circa considerationem & amorem veritatis.

Ad secundum dicendum, quod habitus & actus communicant in obiecto. Et ideo manifeste illa ratio procedit ex parte materiae interioris conceptionis, tantum enim ad sapientem vel scientem pertinet potest docere, in quantum potest interioriorem conceptionem

verbis exprimere, ad hoc quod possit alium adducere ad intellectum veritatis.

Ad tertium dicendum, quod ille qui orat pro alio, nihil agit erga illum, pro quo orat: sed solum erga Deum, qui est intelligibilis veritas. Sed ille qui orat docet, aliquid circa eum agit exteriori actione. Unde non est similis ratio de utroque.

ARTIC. IV.

Utrum vita actiua maneat post hanc vitam?

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod vita actiua maneat post hanc vitam. Ad vitam enim actiuam pertinent actus virtutum moralium, & actus

In serm.
27. ante
que 10. 10

359

7. q. 20. a.

4. ad 3.

q. 1. 2.

9. 67. a. 1.

ad 2. q.

3. d. 15.

q. 1. a. 4.

q. 3. q. 3.

et c. 62.

fin. q. ve

ti. q. 11.

a. 4. ad 2.

est *. Sed virtutes morales permanent post hanc vitam, quod August. dicit in 14 de Trinit. † Ergo videtur, quod vita actiua permaneat post hanc vitam.

* a. 1. huius
ius q.
† li. 14. c.
9. to 3.
* a. prac.

¶ 2. Præterea, Docere alios, pertinet ad vitam actiuam, ut dictum est *. Sed in futura vita, in qua similes erimus angelis, poterit esse doctrina: sicut & in angelis esse videtur, quorum vnus alium illuminat, purgat, & perficit: quod refertur ad scientiæ assumptionem, ut patet per Dionys. 7. cap. Cælest. Hierar. † Ergo videtur, quod vita actiua remaneat post hanc vitam.

† cap. 7. a
me. & c.
6. Eccl. f.
hierar. 3
medio.
* hom. 5.
post me.
illius.

¶ 3. Præterea, Illud quod de se est durabilius, magis videtur posse post hanc vitam remanere. Sed vita actiua videtur esse de se durabilior. Dicit enim Gregor. super Ezech. * quod in vita actiua fixi permanere possumus: in contemplatiua autem intenta mente manere nullo modo valemus. Ergo multo magis vita actiua potest manere post hanc vitam, quam contemplatiua.

SED contra est, quod Gregor. dicit super Ezech. † Cum præfenti seculo vita auferatur actiua. Contemplatiua autem hic incipitur, ut in cælesti patria perficiatur.

hom. 14.
post me.
illius.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est *, vita actiua habet finem in exterioribus actibus, qui si referantur ad quietem contemplationis, iam pertinent ad vitam contemplatiuam. In futura autem vita beatorum cessabit occupatio exteriorum actuum. Et si qui actus exteriores sint, referentur ad finem contemplationis. Ut enim August. dicit in fine de Ciuit. Dei, * Ibi vacabimus, & videbimus: videbimus & amabimus: amabimus & laudabimus. Et in eodem lib. † præmittit, quod ibi Deus sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus erit in omnibus.

ar. 1. huius
ius q.

lib. 22. c.
ult. cit. a
fin. 10. 5.
† li. 22. c.
ult. inter
princ. &
me. 10. 5.
1. 2. q. 67
ar. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra dictum est *, virtutes morales manebunt non secundum

In 10. ar.

actus quos habent circa ea quæ sunt ad finem, sed secundum actus quos habent circa finem. Huiusmodi autem actus sunt, secundum quod constituunt quietem contemplationis: quam August. ¶ in præmissis verbis significat per vacationem, quæ est intelligenda non solum ab exterioribus tumultibus, sed etiam ab interiori perturbatione passionum.

¶ q. præc. ar. 4.

Ad secundum dicendum, quod vita contemplatiua, sicut supra dictum est *, præcipue consistit in contemplatione Dei. Et quantum ad hoc, vnus angelus alium non docet: quia vt dicitur Matth. 18. de angelis phariseorum, qui sunt inferioris ordinis, quod semper vident faciem Patris: sic & in futura vita nullus hominum alium docebit de Deo, sed omnes videbimus eum sicuti est: vt habetur 1. Ioan. 3. Et hoc est quod Hierem. 31. dicitur, Non docebit ultra vir proximum suum, dicens, Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo eorum vsque ad maximum. Sed de his quæ pertinent ad dispensationem ministrorum Dei, vnus angelus docet alium, purgans illum, illuminando, & perficiendo. Et secundum hoc habet aliquid de vita actiua quamdiu mundus durat, ex hoc quod administrationi inferioris creature intendit, quod significatur per hoc, quod Iacob vidit angelos in scala ascendentes, quod pertinet ad contemplationem: & descendentes, quod pertinet ad actionem. Sed sicut dicit Greg. 2. Moral. ¶ non sic a diuina visione foras exeunt, vt internæ contemplationis gratia priuentur. Et ideo in eis non distinguitur vita actiua a contemplatiua sicut in nobis, qui per opus vite actiue impediuntur a contemplatione. Non enim promittitur nobis similitudo angelorum, quantum ad administrationem inferioris creature, quæ nobis non competit secundum ordinem nature nostre, sed tantum petat angelis: sed secundum visionem Dei.

lib. 7. Moral. c. 3. cir. prin.

Ad tertium dicendum, quod durabilitas vite actiue in statu presenti, excedens durabilitatem vite contemplatiue, non prouenit ex proprietate vite actiue

vita se
qui ex
contem
ipsa sua
animus

De co.

D
Ein
a
Et
Prim
Secu
Terc
a
Quar

Vita

A
D
a
enim
lius: vt

ta actiua
ms, qui
de August
atione n
tercia. Et
contem

¶ 2

precipere
quam por
actiua p
latiua:
19. Desc
transcend
tgo vita

¶ 3 P
applicetur
vita

viz secundum se considerata, sed ex defectu nostri, qui ex corporis gravitate retrahimur ab altitudine contemplationis. Vnde ibidem subdit Gregor. * quod ^{* Hom 5.} ipsa sua infirmitate ab immensitate tantæ celsitudinis ^{in Eze. h.} animus repulsus, in semetipso relabitur.

QVÆST. CLXXXIII.

De comparatione vitæ actiue ad contemplatiuam, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de comparatione vitæ actiue ad contemplatiuam.

Et circa hoc quærentur quatuor.

Primo, quæ sit potior vel dignior.

Secundo, quæ sit maioris meriti.

Tercio, utrum vita contemplatiua impediatur per actiuam?

Quarto, de ordine vtriusque.

ARTIC. I.

860

Utrum vita actiua sit potior quam contemplatiua? ^{Infra q.}

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod vita ^{188. a. 5.}

actiua sit potior quam contemplatiua. Quod ^{1. 2. q.}

enim est meliorum, videtur esse honorabilius & me- ^{57. ar. 1.}

lius: ut Philotophus dicit in 3. Topicor. * Sed vi- ^{cor. 3.}

ta actiua pertinet ad maiores, scilicet ad praela- ^{d. 25. q. 1.}

tos, qui sunt in honore & potestate constituti. Vn- ^{a. 4. et 3.}

de Augustin. dicit 19. de Ciuitate Dei f, quod in ^{con. 63.}

actione non amandus est honor in hac vita, siue po- ^{fin. 6. c.}

tentia. Ergo videtur quod vita actiua sit potior quam ^{133. co. 1.}

contemplatiua. ^{fi. 6. ve.}

2. Præterea, In omnibus habitibus & actibus ^{q. 1. ar.}

præcipere pertinet ad potiorē: sicut militaris, tem- ^{4. 6. opu.}

per quam potior, præcipit fratribus facere. Sed ad vitam ^{17. cap. 7.}

actiuam pertinet disponere & præcipere de contem- ^{ad 3.}

platiua: ut patet per illud quod dicitur Moyse Exod. ^{* li. 3. c. 1.}

19. Descende, & conuersare populum, ne forte velit ^{a me. 10.}

transcendere propositos terminos ad videndum Deū. ^{1.}

Ergo vita actiua est potior quam contemplatiua. ^{† li. 19. c.}

3. Præterea, Nullus debet abstrahi a maiori, ut ^{19. 117. c.}

applicetur minoribus. Apostolus enim dicit 1. ad Co- ^{med. 10. 5}